Actum Feria Sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo 7/III 1670

Woiakowscy Wasilowskiemu Donant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus 154
Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Joannes
et Remigianus Subdapifer Terrae Praemisliensis Woia:
kowscy olim Generosi Gaspari Woiakowski Judicis Terrae
Praemisliensis filij fratres inter se germani, sani menti-
bus et corporibus existentes a Terrestribus Iuribus
Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus
recedentes praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisli-
ensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis ge-
neraliter omnibus totaliter et plenarie subijcientes et in-
corporantes palam libere publice ac per expressum re-
cognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse
recognouit. Quia ipsi suis et Generosorum Georgij et Pauli

1632

Warkenskich Mati olim Gaspari Tiwiakowski
Judicis Terre Premisliensis filiis vi Reignacij
fratrum germanorum ad praesens Minorennium pro quo-
rum rati habitione cauent et se praesentibus inscri-
bunt Nobilibus Bonadiae et fratris Gasparis Tiwiako-
wskie Minorennium persona et haeredibus, Nempe totam
et integram villam Borzyn, cum Curia et Praedio ibidem
sitis in Palatinatu Russiae Terra et Districtu praesenti Pre-
misliensis iacentem et consistentem. Cum omni praefatorum
Iure Dominio proprietate haereditate tituloque haereditario
Cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum Utili-
tatibus fructibus prouentibus redditibus commodis emolumentis
obuentionibus. Item agris pratis campis pascuis sylvis
borris gaijs Nemoribus indaginibus Rubetis Veprentis
hortis pomarijs, curijs praedijs, aedificijs et structuris quibuscumque
atque Tabernis Molendinis braxeis altodijs, apibus apiste-
rijs apum Mellificijs Theloneis tam Terrestribus quam ag-
geralibus Nec non Stagnis Magnis et paruis piscinis pi-
scinulis, Riuis, Riuulis, fluuijs fluminibus torrentibus
aquarum decursibus Lacubus paludibus, subditis cmetho-
nibus Hortulanis inquilinis, tam ibidem residentibus
quam etiam profugis quorum repetendorum infradictis Dina-
tenis per praefatum Reignatem datur facultas, eorumque la-
boribus censibus datiuibus Decimis Munijs officijs ac obse-
quijs quibuscumque Nec non cum Iure patronatus praesen-
tandique quibusuis Beneficiorum Ecclesiasticorum tam Romano

pr
quo

quam Graecae Religionis, attinentijsq[ue] et pertinentijs generaliter
Universis. Nihil ex praemissis Iuris Dominij Proprietatis
haereditatis, Tituli praetextus ac cuiusvis competentiae
et spectantiae pro se Resignantibus Suisq[ue] Successoribus aut quopi-
am alio reservando seu excipiendo, sed omnibus in genere
et Singulis in Specie comprehensis generi per Speciem
et e contra in nullo derogando, verum ita late longe
circumferentialiterq[ue] prout praefata haereditas in suis
Metis et limitibus ab antiquo extendit et protendit[ur]
et prout eadem bona ipsemet Resignans tenuit habuit et
possidebat ipsumq[ue] concernebant et eidem serviebant. Sed
ex nunc et de facto Dno Nicolao Wasilonski eiusq[ue]
posteris dederunt donaverunt, inscripserunt et resigna-
verunt, quibus dant donant, a titulo mero puro et irre-
vocabili Donationis inscribunt et resignant perpetuo
et in aevum irrevocabiliterq[ue]. In quorum quidem Bona supra-
dicta praesentibus per se Resignantes donata et resignata
Iam ex nunc et de facto ijdem Resignantes Dni Terra-
kowscy supradicto Dno Wasilonski Donatario suo et
illius posteris coram officio praesenti dant et admittunt
Realem Corporalem et Actualem pacificamq[ue] possessionem
per Ministerialem quemcunq[ue] competentem et Nobiles suos
die quacunq[ue] voluerint officiose acceptandam. Per ipsum
Dnum Wasilonski Donatarium suum et illius posteris
bona praefata praesentibus donata et resignata. Cum Uni-
versis eorum utilitatibus et usufructibus tenendi habendi

et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice utifruendi ac
ad suos quosuis pluriumq[ue] succursum beneplacitis usus
fructus, libere et effectualiter convertendi perpetuis
et ultimis temporibus. Debentq[ue] et tenebuntur me-
morati Recognites, Gnosi Tvarkensky prout se ac
suos succesores in et super bonis suis generaliter ubique
ac summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis
Mtis Gnosis Tvarkenski Donatarijs iure inscribunt
et obligant praesentibus, Ipsum et illius succesores
in dictis bonis praesentibus donatis et resignatis et
ratione eorundem omnium, ab omni et quauis impeti
tione iure, quarumcunq[ue] personarum cuiuscunq[ue]
Condicionis status et sexus cuiusuis existentium exori
enda per omnes processus terrestres, qui ad quamli-
bet personam terris spectat et pertinet pro tempore
in omnibus iudicijs et officijs Regni denique toties quoties
opus fuerit tueri, defendere, evincere intercedere, et
eliberare, indemnemq[ue] cum praesentibus reddere, Nec
non bona praefata praesentibus donata, et resignata ab
omnibus in genere iuribus et inscriptionibus, prioribus et
posterioribus, super eadem bona cuiuis personarum modo
quouis factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Ci-
tationibus, in eadem bona praesentibus donata et resi-
gnata importatis et importandis, Lucris denique
et Perventis Successionibus iuris quibusuis in quouis
Puncto et gradu iuris, dependentibus, in quouis iu

dicio et

et Officio Regni Potentibus et obtinendis, ac dicta praemissis
bonis praesentibus donatis et resignatis, perductis
et perducere emundare et liberare, mundaque et
libera reddere facere, ac etiam Dominum praefatum
coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum
praefatorum praesentibus resignatorum dum Ministerialis
et Nobiles alios officiose requiret Non denegare immo
debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter
admittere, dataque et admissa eadem possessionem et usum
fructum praemissorum omnium quovis modo tam per se
quam per suas quasvis submissas et subordinatas
personas Non impedire Nec adimere, imo eundem Dona-
tarium suum et eius heredes, in praemissis omnibus Nul-
lo Modo inturbari ita ut eadem bona, praesentibus dona-
ta et resignata idem Donatarius suus ac sui heredes
quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donatarius
rigore, tenere, habere, et possidere queat et possit
perpetuis et sempiternis temporibus. Idque sub damnis
Expensis simpliciter atque corporali Iuramento taxandis
et edicendis praefatos Resignantes dictorum Succes-
sores, supradicto Dno Vasilonski Donatario suo
eiusque posteris, A Non completione praemissorum omni-
um et Singulorum tam in toto quam in parte illius quoties
opus fuerit ad obtinendum succumbendis. Postea
iidem Recognoscentes Dni Hanneus et Remigi-
us Subdapifer Terrae Premisliensis Circiskowscy fratres

inter se germani debebunt et tenebuntque sicut se ac
suos successores in eadem suis bonis suis generaliter quibus
summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis
Memorato Domino Vasilenski Donatario suo illiusque
successoribus inscribunt et obligant praesentium praefatos
Dominos Georgium et Paulum Turckenschek fratres suos
germanos, postquam ad annos debitae aetatis pervenerint, ad approbandum per ipsos inscriptionem praesentis Donationem, vel similem suo pro interesse faciendam ad
Acta quaevis authentica Regni Nostri perpetuitatis in
testimonia adducere et personaliter statuere, ab eisque vel
eorum posteris, ut promissa debite exequentur efficere
Atque sub similibusque damnis terrestribus simpliciter absque
corporali Justo taxandis et edicendis praefatos Recognoscentes, sive eorum posteros si non statutionem
Memoratorum fratrum suorum statuendamque, vel in eventum
Mortis succumbunt illorum ad exequenda promissa pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumberent.
Pro quibus quidem damnis terrestribus simpliciter taxandis modo promisso ad solvendum succumbentis ac re aliqua Puncti ex promissis non completa complenda Citati extites metati Recognites Domini Joannes et
Cenigianus Sudapsfer Domini Promissores Turckes-
cey cum suis posteris ad instantiam suprascripti Domini
Nicolai Vasilenski Donatarii sui aut illius successorum
ad istum praesens Comense Capitulum Romense
Ex tunc Recessu suprascriptorum quoad retinendum spectat

Medianie

Mediante [illegible] primis altoris Terris tanquam [illegible] stare iuri parere respondere, damna perlata et Terrestria luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, causa eiusque Terminis semper peremptoriis vera infirmitate pro Maiori Minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari ad [illegible] [illegible] ac alijs quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis, Nondifferens ad quietionem Ultra primos et proximos Officij praefati Judiciis Capitanealibus Terminis, Dilationem sibi non recipiens, Nullasque Monitiones appellationes, ac earum prosecutiones faciens ac permissa omnia poenis Simplicibus vel Triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Juris [illegible] Terrestri Bello [illegible] Ventioneque ac alijs omnibus Juris Remedijs et defensis Non subterfugiens, Nec Modo alio quovis evadendo ffac sua personali Recognitione ad praemissa omnia Mediante.

Woiakowscy in rem Wasilowskiego Roborant